



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

30. Dies Maii. Qui à malis actibus tantùm morte discedit, non relinquit scelera, sed relinquitur à sceleribus. Salvianus ad Eccles. I. 1.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

410      *Christiani Militis.*      Majus.  
eo uti volentibus, unde scis te illo usurum? quo fuere, qui divinis auxiliis, cum se illis ultrò offerrent, repudiaris, à consuetudine peccandi non recesserunt, & ita perierunt? Quām penè innumerabiles, ab hoc eodem auxilio, tua ipsorum culpa deserti, ex hac vita migrarunt? Quapropter, qui se excitari ad penitentiam sentit, det manus, ut se sublevantem sequatur, neque divini auxilii, quod temere, nunquam sibi defuturum esse, promittit, fiduciā, peccandi audaciam in se corroborari patiatur. Sequere igitur Poëtæ consilium, si tibi velis consultum:

*Erige te è cano, totumque te infere calo.*

### 30. DIES MAII.

Qui à malis actibus tantum morte discedit, non relinquit scelera, sed relinquitur à sceleribus. *Salvianus ad Eccl. l. 1.*

Maturè resipiscendum à peccatis, ne illa potius nos, quam nos illa relinquamus.

**H**actenus horribilia fœdissimi illius monstri, ex orco emissi, in te admitti peccati, inquam, lineamenta proposui. Unum nunc te iogo, immò flagito te, priùs peccatum desere, antequam illum te: relinquere scelera, antequam ab illis relinquaris: tibi priùs finis peccandi, quām spirandi. Ne nunc priùs desine animam peccando lacerare, dum tibi erit desinendum vivere. Si fœtes ut Lazarus, peccatis sepultus, pulsat nunc ad tuum in quo jaces, & sordes,

& pu-

Majus.

Tessera.

411

& putes monumento, Pater misericordiae: & quasi tuba exaltat vocem suam, clamans: (a) *Lazare veni foras*. Miser & indurate peccator, aperi oculos, arrige aures, erige mentem, attende animum, intende omnes animi vires, ingredere conscientiae adyta, scrutare cordis penetralia, vide, ut te premat funesta pravae consuetudinis moles. Igitur *veni foras*: ne diutiis simules peccatum tuum, ne tibi palpes, ne blandiaris, ne te tibi abscondas. Agnosce quis sis, cognosce quam sis alienus a statu morituri, & judicandi. *Veniforas*: omnia haec tenus lustrasti etiam ipsa lustra, & fornices, *veni foras*, extra libidinis tabernam: Agnosce infamem tuum statum, in quo stare, & persistere, est cadere; egredere e Bacchi cappona, in qua haec tenus te ingurgitasti, Lazare, quem jacentem, & mortuum, profulis lachrymis deplorat Christus, *veni foras* ad vultum illum spectandum, qui tuo pudore rubet, tuis miseriis lachrymatur, & morietur.

II. Indurate peccator! Credis spiritus sancti oraculis, credis Deo, qui toties in duritiem cordis tui debacchatus est! Obstinate, quid te in peccato retinet? quid non a peccato retrahit? Quid ad illud allicit? *Veniforas*, ut agnoscas enormia tua crima, & maxima, quibus exponeris discrimina. Veni, & vide, quid a te queritur? Nihil prorsus nisi quod possis, & facile, sine labore gratis, sine impensis, citò, sine procrastinatione, hac hora, sine ulteriori mora, possis. Non exigit a te quadraginta esuriales dies, quibus temaceres, non amictum cilicinum, quo corpus affligas, non flagella expiatoria, quibus tibi sanguinem extorqueas, non prolixas preces, quibus te

(a) *Ioan. II.*

fatiges.

fatiges. Non postular, ut ascendas montes, transcedas alpes, trajicias maria, abdas te in saltus, & tefquare condas te in antra & spelea. Nihil requirit, quod est extra te, solum quod est in te: ut memor quid feceris, dolens te fecisse, proponas non deinceps tefaturum: ut te pœnitentia commississe pœnitenda: ut, quia fuisti pravus, iam sis mœstus: ut, quia saepius, & gravius, imò supra aerenam maris peccasti, semel non tam ore, quam corde proferas: Peccavi: denique quia toties à te fuit offensus Deus, cum publicano percutias pectus.

III. Cùm igitur illa sit tua, ô misericors Pater! Misericordia, ut sit major omni meâ miseriâ, & nequitia, ego servus nequam unum à te peto, qui dixisti: (a) *Petite, & accipietis: memor esto verbi tui, seruo, in quo mihi spem dedisti.* Quid enim frequentius loqueris, quid uberioris inculcas, quid saepius exclamas quam ex peccatorum lachrymis, suspiriis, ac gemitibus, te in oblivionem omnium esse venturum. Major est misericordia tua, quam iniqüitas mea; cur igitur ea à peccatis meis se vinci patiatur? Quòd si nunc nihil mihi dolor, nihil lachrymæ ad impetrandum à te peccatorum meorum veniam prosint, si ab illis misericordia tua quasi victa recedat? Ubi est fides tua, in qua servanda hominum præsertim existimatio, decusque contineatur? Postremò (vide quo jure studium in te meum, ardorque impellat) ante tribunal tuum, coram Sanctis, ac Angelis tuis, persanctè affirmo, quod si propositum est tibi, me à te rejicere, mihi propositum esse, à tuis vestigiis, ne digitum quidem abire; si tibi est in animo, odio me-

(a) *Luc. 11.9. Psal. 118.94.*

Majus.

Tessera.

413

persequi, mihi fixum esse inexplicabili te amoris ne-xu complecti : si tibi deliberatum est me damnare, mihi quoque deliberatum esse, millies ante mortem oppetere, quam semel post haec te offendere. Unum à te pero, & hoc requiro, videlicet, quocumque in loco me esse iulseris, sive in ccelo, sive in terra, sive in ultimis inferorum finibus, ut te amem, honorem, laudem, cui uni debetur omnis laus, honor, amor. Cum hoc proposito, ne denuò pecces, time; nam ubi non est Dei timor, ibi est animi livor.

*Debet adesse timor, maculet ne pectora livor.*

### 31. DIES MAIL.

Latet ultimus dies, ut observentur omnes dies. *S. August. l. Hom. 50.*

Tempus I.  
benè im-penden-dum.

**P**Ervenimus ad hujus mensis o-mega, sive ultimum diem. Sic tacitis mensibus paulatim sene-scimus, & ad vitæ metam, non eundo accedimus, sed properando currimus. Sic transeunt dies salutis, donec elucescat ultimus dies, qui fortè erit unus è diebus futuri mensis. Qui ne forsitan te improviso occupet imparatum, hæc pauca cum otio, utinam cum animæ emolumento, expende. Tanta huc fututorum in domo æternitatis est hominum ignorantia, ut docuerit D. Petrus S. Clementem, (a Mundum hunc esse domum fumo ple-nam, quo prorsus arcentur oculi ab iis, quæ intus,

& fo-

(a) Clem. Rem. in Epist.